

1^o GEORGE V, A. 1911

rerum fuit ut auctoritas bona fide et sincere reddantur restituantur et retribuuntur. In cuius rei testimonium hasce litteras manu nostra et magno Regni nostri Angliae Sigillo signare et confirmari voluimus, quae dabantur ex Palatio nostro Grenovici die vicesimo nono Junij Anno Salutis supra millesimum Sexcentesium tricesimo primo et Nostri Regni Septimo.

Carolus R.

Copia litterarum quibus Serenissimū, Magnae Britanniae Rex restituendae Canade potentiam concedit.

ORDER FOR RESTITUTION OF PORT ROYAL.

July 4. 1631.
Page 125.

Carolus Dei gratia magnae Britanniae Franciae & Hibñiae Rex Fidei Defensor &c. : Omnibus hasce visuris salutem.

Quandoquidem omnino justum æquum & bonum judicamus, ut jam tandem Pax & concordia nuper inter Nos & Regem Christianissimum fratrem nrūm charissimum conclusa, pristinum vigorem & effectum recuperent, atq. adeo omnes difficultates quæ hactenus hinc inde interciderunt inter nostra Regna & subditos, mutua, redintegrata & perfecta reconciliatione utrinq. removeantur & aboleantur. In quem finem nos inter alias conditiones ex nostra parte praestandas consensimus desertionem facere fortalitij, seu Castri & habitationis Portus Regalis, vulgo Port Royall, in Novâ Scotiâ, qui flagrante* adhuc bello, vigore diplomatis seu commissionis sub magno Scotiae sigillo pro derelicto captus & occupatus fuerat: Et illud tamen sine ullo praejudicio juris, aut tituli nostri, aut subditorū nrorum in posterum. Nos promissorum, atq. Regij nostri verbi fidem quibuscunq. contrarijs rationibus & objectionibus hac super re illatis aut inferendis anteferentes, hisce Literis asserimus, & in verbo Regio promittimus, nos praecepturos curaturos & effecturos, ut a nostris in dicto fortalitie sive castro & habitatione Portus Regalis, vulgo Port Royall subsistentibus subditis, sive seu milites praesidiarij, sive seu Coloni, & incolae ibidem morentur atq. habitent, immediate quamprimum nrae jussionis Lrae à Deputatis vel Commissarijs qui easdem a Praefato nrō fratre charissimo Rege Christianissimo eo amandadi* habebunt offerendas, ipsis erunt exhibitae & perlectae, atq. redeundi facultas data, dictum Castrum seu fortalitieum & habitatio in Portu Regali diruantur, deserantur, relinquuntur deniq. arma tormenta, commeatus, armenta, bona, & utensiliâ inde asparentur. In cuius rei testimonium, has Lras nras manu nra signare, & nrō Scotiae sigillo confirmari volumus. Idem si opus sit, aut requiratur, magno dicti nrī Regni Scotiae Sigillo confirmaturi. Dabantur ex Palatio nrō Grenovici quarta die mensis Julij 1631.

*Sic.

*Sic.

** The rest has
been cut off in
binding.

Endorsed: Copy of his Ma^{ty} act under the signet of Scotland for.**